

## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembbris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

De S. Amphilochio Episcopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

qui simulacrorum templo præsidebant, pijs erga Deum precibus profligatis, tēm-  
plum redificauit, ac plurimis ornamētis decorato, ei maximorum ac principum  
Apostolorum nomen indidit: in quo & mystica sacrificia offerebat, lingua simul  
& manu opiparè aperiens, præbensque panem, quo corda reficiuntur: panem, in-  
quam, qui re simul & nomine, Angelorum dicitur, panem esurientium animas sa-  
turantem, utrinquē mundi creatorem venerabatur.

In his autem ille honestis moribus ac recte factis perseuerans, vitam suam deco-  
ravit, honesti tanquam exemplar exhibens, lenitatis animi ac patientiae, addo etiam  
in aduersis tolerantia, suo ipsius documento legem omnibus indixit. Sicque die-  
bus auctus, mortali vita perfunctus, ad optatissimum Christum emi-  
gravit: Quem decet honor, gloria, maiestas & magnificentia, nunc & semper, & in  
secula seculorum, Amen.

DE SANCTO AMPHILOCHIO EPISCOPO,  
ET DE LIBERTATE EIYS, QVA ILLE IN ORATIONE*ad Theodosium Imperatorem v̄sus est, ex Sozomeni Ecclesiastice Historia**libro septimo cap. 6. Interpretē Suffrido Petro Leonar-  
dienſi Frifio.*

D HVC autem isti quia numero pollebant, Constantij <sup>23. Noueb.</sup>  
atque Valentis præiudicio freti, securius conueniebant,  
ac deo, eiusque essentia publicè difputabant: & vt  
Imperatoris animū pertarent, eos subornabant  
quos in aula sua sectæ fautores habebant. Rebatur enim  
se obtenturos id quod proposuerant, cum ea considera-  
rent, quæ sub Constantio acciderant. Quæ quidem res &  
Ecclesiae Catholice sectatoribus formidinem ac solici-  
tudinem incusserat: qui tamen non minimè & hinc me-  
ruebant, quod considerarent, quantum esset Eunomij <sup>Eunomij in</sup>  
in disputando acumen. Hic enim non multò ante ob-  
controversiam quam cum Clericis suis, imperante adhuc Valente, Cyzici habue-  
rat, ab Arrianiis discepcionē facta, priuatus agebat in Bithynia, erogatione Constanti-  
nopolis, ac frequens ad eum populus traiiciebat: multi que aliundē confluebant,  
parum vi illū pertarent, partim vt eius doctrinam cognoscerent. Huius rei  
fama ad Imperatorem quoquā permanārat, qui iam conueniendi eius desiderio  
tenebatur. Ceterum Imperatrix Placilla eum studiosè deprecabuit. Nam <sup>Imperatris</sup>  
cum Niceni Concilij doctrinam ipsa fidellissimè conseruaret, metuebat, nē (quod <sup>Placilla ex</sup>  
consentaneum videbatur) maritus colloquio circumventus, in illius sententiam  
defecteret. Vigente autem adhuc utrinquē huiuscē contentionis studio, Episco-  
pis ijs qui Constantinopoli versabantur, palatium Imperatoris salutandi gratia (vt  
moris erat) frequentantibus, etiam Amphilochius quidam senex, cum his vnā ve-  
nisse dicitur, ignobilis oppidi sacerdos, simplex, ac nullo rerum v̄su tritus, sed in di-  
uis ap̄prime cordatus. Cū autem ceteri candidē admodum ac religiosē Impe-  
ratorem consulutāsset, etiam sacerdos ille senex, ipsum consimiliter salutauit: si-  
liverō Imperatoris qui patri assidebat, & equalem honorem non exhibuit, sed pro-  
plus accedens, veluti puer, Salve (inquit) fili, simulque caput illi digito demulce-  
bat. Commotus igitur ira Imperator, & quasi ob iniuriam filio factam indignatus,  
quem ille non equaliter honorāset cum patre, foras exturbari cum contumelia  
senem iussit. Ille verò cū raptaretur, conuersus: Ad hunc, inquit, modum Impe-  
rator exultina, & cælestem quoquā patrem excandescere in eos, qui filium cum pa-  
trenon equaliter honorant, & genitore inferiorem nuncupare audent. Delecta-  
tus hoc dicto Imperator, senem reuocat: & veniam precatus, verè illum locutum  
est: contentiones eriam & conuentiones in foro habere verut: & vt deessen-  
tia ac natura Dei solito more disputare, tutum deinceps non  
esset, effecit, lata in eam rem lege, & con-  
stituta poena.

## VITA

RIUS

VIII

5

Theodosius  
Imperator  
orthodoxā  
fidem am-  
plexit.